



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

III. Der Rath zu Neuruppin hat den Grafen Burchard und Ulrich einige Hebungen aus dem Zolle und aus den Zinsabgaben zu Neuruppin abgekauft, und verzeichnet die Zins- und Zolleinkünfte der Stadt, im ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

decrevimus, ne infusa pisces secundo ad fora deferantur, et sic, ut saepe dictum est, venditor ipsorum XXXVI solidis emendabit. Item quicquid Consules de mensura salis justo modo consequi poterunt, ipsis indulsumus, jure tamen Thelonearii bene salvo. Quicumque vocati a Consulibus super dictis excessibus corrigendis venire contempserint, quinque solidis emendabunt. Adhaec decrevimus una cum consensu universitatis, ut Consules Consulibus suo tempore substituendis consulant assumtis quibusdam discretioribus civitatis. Ne igitur hoc decretum nostrum in irritum deducatur, praesentem paginam sigillo nostro et nominibus eorum, qui intererant, fecimus roborari. Sunt etenim hi: Albertus de Luge, Borchardus Benefsen, Heidenricus Hobuse, Heinricus Vridach, Hoyerus de Buscove milites, nec non Rimbart Advocatus, Hugo Praefectus et sui filii, Salomon Monetarius, Lambertus de Moringe, Johannes de Sualenberg, Bertoldus Plumcow, Hermannus Sutor, Consules, et alii quam plures. Datum Olden Ruppyn per manum Sibodonis Notarii, affidente Arnaldo Plebano in Steuin. Anno Domini MCCLVI. VII^o. Idus Martii.

Nach Dieterich hist. Nachricht v. d. Gr. zu Lindow S. 23 und Buchholz's Gesch. d. Churm. Brand. Th. IV, Urk. Anh. S. 87.

III. Der Rath zu Neuruppin hat den Grafen Burchard und Ulrich einige Hebungen aus dem Zolle und aus den Zinsabgaben zu Neuruppin abgekauft, und verzeichnet die Zins- und Zolleinkünfte der Stadt, im Jahre 1291.

Scripta sunt haec in vigilia beati Johannis baptiste anno Domini MCCXCI. — Nos Johannes de Pritzewalk, Heynricus Scriptor, Johannes Plumeke, Gerhardus de Rynesberge, Johannes Guderthyr, Johannes Morinch, Consules nove Repin civitatis anno prefato, utilitati civitatis hujusmodi intendentes, Emimus contra dominos Burchardum et Ulricum comites in Lyndow, VI talenta in theolonio comitum jam dictorum, que dicta civitas perpetuo possidebit, Ita quod in Festo Nativitatis domini duo talenta, item in proxima dominica ante festum pentecosthes duo talenta, item in festo beati Michaelis duo talenta omnis regens officium theolonii dicte civitatis consulibus procurabit. Etiam eodem anno emimus In censu dictorum comitum XVI Solidos monete Brandenburgensis, quem habent in Nova Repin in macellis, ita quod perpetuo annis singulis carnifex quilibet VI nummos dicte civitati in die beati Martini persolvat. Item eodem anno comparavimus dicte civitati VI talenta a domo farcinum perpetuo persolvenda, Ita quod triginta solidos solvet quilibet III personarum. Item macelle tenentur talenta VII dicte civitati, annis singulis, perpetuo persolvenda, Ita quidem, in quatuor partibus anni, videlicet in festo pasche, Johannis baptiste, Michaelis et in Nativitate domini, Carnifex quilibet V solidos dicte civitati persolvat, Ita quod magistri carnificum pensionem hujusmodi colligentes singulis anni quartalibus, cum collectam hujusmodi presentaverint civitati, pro ipsorum laboribus unum sibi solidum reservabunt. Item Theolonarius dicte civitatis quicumque tenetur singulis annis dicte civitati de libra, qua libratur lana et confamilia, X solidos in die Martini perpetuo persolvendos. Item magistri lanificum tenentur dicte civitati duo talenta de novo et veteri teatro, in die beati Johannis baptiste unum talentum et in festo nativitatis domini unum talentum annis singulis perpetuo procurabunt. Item dicte civitatis pistores de macellis panum duo talenta dicte civitati in die Johannis baptiste unum, Nativ. domini unum. Item due affatorum macelle tenentur singulis annis quatuor talenta, quilibet duo, dicte civitati persolvenda. Item quilibet pannicida de loco, quem oc-

cupat in antiquo theatro, (in die) Michaelis in annuali foro diei civitati tres solidos annis singulis procurabit. Item pratum circumjacens villam Langen solvit annis singulis II talenta diei civitati. Item domus, in qua moratur nuncius civitatis, anno quolibet solvit unum talentum civitati. Item quilibet calcifex de loco novi Theatri, in quo vendunt calceos, tenetur XV denarios annis singulis civitati. Item pellifices de loco, quem occupant in antiquo foro, I talentum, primos X solidos in annuali foro ante pentekosten, alios X solidos Michaelis. Item casa Wilbrandi, quam occupat in antiquo foro, solvet civitati quotannis XII solidos, primos VI solidos in nativitate domini, alios VI in nativitate beati Johannis baptiste. Consules habent I talentum singulis annis in festo Martini de quodam monte prope Krenzelin, qui dicitur borhwal. Item domus stans circa stupam Scadeland III den. in festo Martini dabit civitati. Item domus stans apud molendinum dabit I solid. in festo Martini. Item bode due ante portam lapideam XVI solid. dabunt, ita quod quolibet quartali II solid. Item Giso Sahtelevant de orto prope antiquam Rupin unum solidum dabit civitati in Festo Martini. Thiezman tolner et Barentyn VIII solid. de loco molendini, III sol. Johannis, III nativ. Domini.

Aus Bratrings handschr. Urfunden-Sammlung. Vom Herrn Dr. Kamppe mit Feldmann's Abschrift verglichen.

IV. Die Grafen Ulrich, der Vater, und seine Söhne Günther und Ulrich, verkaufen der Stadt Neuruppin ein Privilegium in Ansehung der Rechtspflege, der Heide zwischen Krenzelin und Bechelin, der Wiese bei Langen, des Zolles und des Stendalschen Stadtrechtes, im Jahre 1315.

Rex pacificus pia miseratione disposuit, sibi subditos fore pudicos, pacificos et modestos et ne quis alterum laedat pacis amator existens, unicuique quod suum est tribuendo. Sed ipsa effrenata cupiditas, quae sui ipsius est prodiga, pacis aemula, mater litium, materia jurgiorum tot nova cottidie generat litigia, ut nisi iustitia conatus ejus sua virtute reprimeret, aeta humani federis ac presentis generationis extingueret et rei publicae concordia extra mundi terminos per instabilem temporis decursum exularet. Hinc est quod Nos Olricus nostrique filii Gunterus et Olricus, Dei gracia Comites in Lindow, cunctis presencia iufuris ac auditoris gliscimus fore notum, quod ex maturo nostrorum idoneorum Vafallorum consilio honestis nostre civitatis Burgenlibus propter continui et gratuiti muneris obsequium, quampluries nobis ab ipsis exhibitum et impensum, tales prerogativos articulos beneficii jam subscriptos et ad usum nostre Civitatis Ruppin conferendo concedimus et precicimus. Primus siquidem est, qualiscunque excessus fuerit perpetratus in Civitate vel in campo civitatis, siue in homicidio, siue in vulnere vel lesione seu causa quacunque, Judicibus admittimus et concedimus iudicandum, exceptis Judeis, quos nostro iudicio conveniri volumus, ipsorum excessus personaliter corrigendo. Item indaginem aut silvam inter villas Crenzelin et Bechelin jacentem et crescentem cum una via, que ducit a civitate ad dictam silvam, si ordinare et obtinere poterimus, memorate Civitatis Burgenlibus dedimus libere possidendam. Insuper Pratum jacens inter villam Langhen et Renum datum a nostris Parentibus sepedecte Ciuitatis Parentibus a prima Civitatis plantatione eciam ut utantur damus optimo ac benivolo cum favore. Ceterum Thelonarius quicunque Thelonium non aliud accipiat nisi tale, quale in litera de Thelonio scripta verius continetur. Demum igitur Burgenfis dives vel pauper, cuiuscunque facultatis seu conditionis fuerit, si pro aliquibus causis vel excessibus delatus fuerit apud nos seu accusatus, ad nostram licite debet venire presentiam, si de suis causis vel excessibus ad pratum